

/ Admodum R/de Pater, Quod scribit R.V. Nepotem Ill/mi et R/mi
Archiepiscopi Gnesnensis oblitum esse quas indulgentias acceperit à
à Sanctiss/mo Pontifice Paulo non habet remedium. Nam neque decet
petere ab eodem Summo Pontifice, quas indulgentias concesserit Nepo-
5 ti supradicti Archiepiscopi; neque credibile est Pontificem ipsius
rei memorem esse; neque mihi coniecturis niti in re tanti momenti.
Debuisset is, qui indulgentias impetravit, diligenter scribere quid
petierit, et quid impetraverit. Id cum non fecerit, ego certe non
video quid fieri possit, nisi aequo animo ferre iacturam gratiae
10 spiritualis non bene custoditae.

His valeat R.V. mei memor in Sanctis precibus suis.

Romae, die 19. Martii 1615.

R.V.

frater, et servus in D.

15 ~~P. Friderico Schêbek~~
P. Friderico Schêbek
Sacerdoti Societ. Jesu.

Robertus Card/lis Bellarminus.

Cracoviam.

Staravics. Collège de le Comp. de Jésus.